

De sancto mauricio & sociis suis sermo sexagesimus quintus.

Beati qui persecucionem patiuntur propter iusticiam quoniam ipsorum est regnum celorum /Math. v. In verbis istis facit dns duo. Primo hortat nos ad sustinendum tribulaciones ibi. Beati qui persecucionem patiuntur. Deinde promittit sustinenciis retribucionem ibi. Quoniam ipsorum est regnum celorum. Circa primum nota quod persecuciones sustinere debemus propter multa. Primo quia per hoc a penis futuris liberamur. Gregorius. Idcirco dominus quibusdam hic parcit vt in eternum ferat. Ideo hic sentit vt in eternum parcat. Augustinus. Vre hic seca vt in eternum parcas. Exemplum de diuite & lazaro. Lucas xvi. Deinde per hoc patrem exoratum ad sui cognicionem perducit. Gregorius. Quos quis culpa claudit pena aperit. De istis duobus regre. dominica. viij. post trinitatis in sermone. Obsecro vos. Item per tribulacionem & persecucionem homo acquirit regnum celorum. Vnde in verbo proposito. Beati qui persecucionem patiuntur &c. Actu. xiiij. Per multas tribulaciones oportet nos intrare in regnum celorum. Hoc modo beatus mauricius & socii eius in regnum celorum intrauerunt. Vnde de eis sic legitur. Dyocleciano & maximiano volentes fidem penitus exstirpare miserunt nuncios ad omnes prouincias vt ydolis immolaret xpianum autem remiserunt nuncios sine honore. Tunc iratus imperatores misserunt litteras vt omnes apti armis bellicis romam venirent. Tunc thebei congregati legionem miserunt ad imperatores vt in bellis iustis imperatorem iuuarent. contra xpianos autem nequaquam pugnarent /Mauricius autem erat dux eorum. Cum quo romam venissent Dyocleciano assumpta legione cum multis aliis contra gallias processit. Cum autem montes alpium transirent. precepit imperator vt omnes ydolis immolarent. Thebei hoc audientes octo milibus ab exercitu recesserunt. Tunc imperator misit eis nuncios vt diis immolarent aut omnes decollarentur. Tunc omnes vnus ante alium festinauit ad mortem. & surgens mauricius ait. Congratulor vobis quod omnes pro fide mori parati estis. Si ergo vobis placet tale responsum remandem /Milites sumus imperatoris tui & ad defensionem rei publice arma suscepimus. & fidem christi nullatenus deseremus. Quo audito imperator iussit mauricium decollari. Quo facto exuperius signifer vexillum arripiens & stans in medio ipsorum dixit. Gloriosus dux noster mauricius. deinostrorum commilitonum gloria & locutus. nec exuperius signifer noster. ideo hic arma arripuit vt talibus resistam. & pugnant dextere

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-534/0679
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG